

Item omnibus qui missae vel sermonibus seu concionibus praefatorum fratrum aut orationibus matutinis ac vespertinis horis habendis, prout a praefatis fratribus fuerit ordinatum, devote interfuerint, indulgentiam quadraginta dierum de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, per easdem praesentes concedimus et elargimur.

3. Ne autem fratres praedicti, dum aliis praesesse student, sibi detrimentum faciant, aliisque minus prosint, eis mandamus ut in omnibus propriam Regulam observent, necnon vicario generali in omnibus et singulis quae ab eo illis ordinata et praecepta fuerint et humiliter oboediant.

4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die X martii MDLXXI, pontificatus nostri anno sexto.

#### Prameny:

BOVERIUS, Z. [Zaccaria Boverio da Saluzzo]. *Annales, sive Sacrae Historiae Ordinis Minorum Capuccinorum Sancti Francisci*, sv. I, Lyon 1632, s. 711-713; WICKARD, M. [Michael von Zug], *Bullarium Ordinis FF. Minorum S.P. Francisci Capuccinorum seu Collectio Bullarum, Brevium, Decretorum, Rescriptorum etc., quae a Sede Apostolica pro Ordine Capucino emanarunt*, Stamperia Giovanni Zempel, sv. I, Roma 1740, s. 33-34; sv. III, Roma 1745, s. 15-16; CARGNONI C. – GASTALDI R.: *I frati cappuccini. Documenti e testimonianze del primo secolo*, sv. I: *Ispirazione e Istituzione*, Perugia: Edizioni Frate Indovino, 1988. s. 113-117.

A nakonec všem, kdo se zbožně budou účastnit mše svaté, promluv a povzbuzení konaných zmíněnými bratry, modlitby ranních chval či nešpor, podle toho, jak oni ustanoví, my sami, prostřednictvím těchto bratří, udělíme a přiznáváme odpustky čtyřiceti dnů, pro milosrdenství všemohoucího Boha a s důvěrou v autoritu blažených apoštolů Petra a Pavla.

3. Aby pak tito bratři, když se snaží pomoci druhým, neutrpěli sami škodu a v důsledku toho duchovně nechuravěli, přikazujeme jim, aby ve všem zachovávali vlastní Řeholi, a aby byli pokorně podřízeni a poslouchali generálního vikáře, ve všech pokynech, které jim uloží a nařídí.

4. Platnost tohoto listu není narušena apoštolskými konstitucemi a nařízeními, ani žádným jiným opačným opatřením.

Dáno v Římě u sv. Petra, a zapečetěno rybářským prstenem dne 10. března 1571, v šestém roce našeho pontifikátu.

# BREVE CUM DILECTUS FILIUS 1571

PIUS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam*

1. Cum dilectus filius, vicarius generalis fratrum Ordinis sancti Francisci capuccinorum nuncupatorum, mandato nostro, dilectum etiam filium Anselmum de Petramolara, et aliquos alios ex fratribus eiusdem Ordinis elegerit, mittendos ad classem christianorum quae contra infideles paratur, ut ibi sacra ministrare, aegrotantium curam agere, omnes monitis et exemplis ad Dei timorem et amorem accendere, militesque ad viriliter pro Christi fide dimicandum animare studeant: et eundem Anselmum dictis fratribus in guardianum praefecerit, cum potestate alium sibi substituendi et alios ex ipsis fratribus capuccinis socios secum assumendi seu deligendi.

2. Nos, ut ipse Anselmus et fratres, ea ad quae mittuntur, melius exsequi at adimplere possint, speciales et infrascriptas facultates et privilegia eis impertienda esse censentes, *motu proprio* et ex certa nostra scientia eidem Anselmo guardianum eiusque successoribus, ac sociis assignatis et assignandis praefatis:

PAPEŽ PIUS V.

*pro připomenutí budoucím*

1. Milovaný syn generální vikář bratří Řádu sv. Františka, zvaných kapucíni, z našeho pověření určil (rovněž milovaného syna) Anselma z Pietramolary a některé další bratry z téhož Řádu, aby byli poslání na křesťanskou flotilu, která se připravuje proti nevěřícím, aby tam pečovali o udílení svátostí, asistovali nemocným, a svým příkladem a povzbuzeními rozněcovali ve všech lásku a bázeň k Bohu, a aby se snažili podněcovat vojáky k odvážnému boji za víru v Krista; téhož Anselma ustanovil zmíněným bratřím za kvardiána, oprávněného vybrat si mezi bratry kapucíny svého zástupce a další společníky.

2. Považovali jsme za potřebné udělit níže uvedené výsady a oprávnění, aby tentýž Anselm a jeho bratři mohli lépe splnit úkoly, pro které byli určeni. Proto z *vlastního podnětu* při pevném vědomí udělíme tímto listem a opravňujeme zmíněného kvardiána Anselma a jeho nástupce, a také uvedené bratry jemu svěřené v současnosti i později:

quod omnium et singulorum de classe praefata, tam un mari quam alibi constitutorum, confessiones audire, eosque ab omnibus peccatis et censuris ecclesiasticis et casibus quomodolibet reservatis, etiam in bulla, in die «Coenae Domini» legi consueta, contentis, in foro conscientiae tamtum, iniuncta salutari paenitentia absolvere; necnon eorum vota quaecumque, castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, ac omnibus et singulis christifidelibus de praefata classe christiana seu de copiis et exercitu contra Turcas et infideles pugnantibus, sanctissimae Eucharistiae et Extremae Unctionis sacramenta ministrare; necnon missas super altare portatili in loco clauso et a ventis tuto, in terra cum reverentia et honore celebrare;

omnibus vero et singulis fidelibus de classe et copiis praefatis, ut sibi aliquem tam ex dictis fratribus, quam alium sacerdotem approbatum eligere, qui possit eorum confessiones audire eosque ab omnibus peccatis, excessibus, delictis, censuris et poenis ecclesiasticis, etiam, ut praemittitur, reservatis absolvere; praeterea, ut plenius aegrotantibus fratres praefati satisfacere possint, ut ipsi fratres (si opus fuerit, pro ipsorum aegrotantium necessitatibus) in classe et alibi eleemosynas petere, per syndicum tamen seu procuratorem aliquem, a commissario apostolico assignandum seu deputandum

zpovídat všechny jednotlivce, patřící k uvedené flotile, ať už na moři, nebo na jakémkoli jiném místě; a po udělení spasitelného pokání je v pouze vnitřním oboru rozhřešovat od všech hříchů i církevních cenzur, včetně těch, obsažených v bule, jež se obvykle čte na »Zelený čtvrtek«; zaměňovat jejich sliby za jiné skutky zbožnosti, s výjimkou slibů čistoty a řeholních slibů; udílet svátosti Eucharistie a pomazání nemocných všem jednotlivým věřícím z uvedené křesťanské flotily, nebo z vojska a jednotek, které se chystají na boj proti Turkům a nevěřícím; a také slavit mši svatou důstojně a s úctou, na přenosném oltáři, na pevné zemi, v uzavřeném prostoru chráněném před větrem.

(Udělujeme) pak všem jednotlivým věřícím z flotily a výše uvedených vojenských jednotek právo, aby si vybrali buď jednoho z těchto bratří, nebo jiného schváleného kněze, aby jim udílel svátost smířeni a rozhřešoval je od všech hříchů, přestupků, provinění, a církevních cenzur a trestů, včetně trestů vyhrazených, jak již bylo řečeno. Dovolujeme také zmíněným bratřím, aby mohli na uspokojení potřeb nemocných prosit o almužny jak ve vojsku, tak i jinde; s tím však, že je budou přijímat prostřednictvím právního zástupce, neboli prokurátora, kterého určí a pověří apoštolský komisař;

recipiendas, et in infirmorum necessitatibus expendendas; ita quod ipsi fratres nec eleemosynas huiusmodi recipiant nec administrent, nisi quatenus eorum Regula permittit et per procuratorem praefatum fuerit eis mandatum sive concessum.

Quodque fratres praefati, quandocumque ventum fuerit ad arma contra infideles, sive in mari, sive in terra, quilibet eorum in ea triremi, vel in acie seu agmine, cui assignatus fuerit, fidelibus et pugnantibus nomine nostro, benedictionem impendere respective possint et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium facultate concedimus et potestatem.

Insuper omnibus et singulis fidelibus de classe et copiis praedictis, videlicet qui gratis militaverint, pro prima vice, qua confessi et contriti sanctissimam Eucharistiam (ut praefertur) prima vice sumpserit, decem annorum et totidem quadragenarum indulgentiam; omnibus autem et singulis stipendiatis et non stipendiatis, et aliis personis dictae classis, aliis vocibus confessis et contritis, ac communicatis, quinque annorum et totidem quadragenarum indulgentiam, et in articulo mortis constitutis atque in praefata expeditione vel pugna seu praeliis moriendibus, contritis tamen, plenariam quoque indulgentiam, quam iidem fratres a nobis concessam esse, pronunciare et praedicare possint.

a které pak budou použity pro potřeby nemocných; avšak tak, že zmínění bratři budou almužny přijímat a rozdílet jen tak, jak jim dovoluje jejich Řehole, a jak jim bude nařízeno a dovoleno prostřednictvím takového prokurátora.

Mocí tohoto listu udělíme také každému ze zmíněných bratří oprávnění a moc, každému v jeho vlastní triéře, námořním družstvu, nebo četě, jemu určené, aby pokaždé, když se půjde do boje proti nevěřícím, ať na moři či na pevné zemi, aby naším jménem udíleli požehnání bojujícím věřícím.

Opravňujeme také zmíněné bratry, aby naším jménem ohlašovali a vyhlašovali všem jednotlivým věřícím flotily a zmíněné armády, že při prvním vykonání zpovědi a zkroušeném přijetí Eucharistie jsou jim uděleny plnomocné odpustky a odpuštění všech jejich hříchů, pokud bojují zdarma; či deset roků a stejně tolikrát čtyřicet dní, jestliže jsou placeni; dále pak všem, ať už placeným, či neplaceným, a ostatním členům flotily, při každé další zpovědi, kajičnosti a přijetí Eucharistie, odpustky pěti let a stejně tolikrát čtyřiceti dní, a tomu kdo je ve smrtelném boji a umírá na této výpravě, v boji nebo v bitvě, pokud se kaje ze svých hříchů, jsou mu uděleny také plnomocné odpustky.